Inquisitio quando fit ad instantiam alterius sit litis contesta.cum pron.mentibus inquisitionem, sed non sic quando iudex ex mero officio procedit.de accusationib.c. qualiter & quando.ij. numero.22.lib.v. 18

Ad inquisitionem procedit iudex ex officio licet non probetur crimen si tamen remanet infamia potest indici purgatio: secus quando ad instantiam alicuius.ibid.nu.23.

Inquisitionem eandem possunt plures prosequi.de accusationib.c.olim.nume.9.lib.v. 26

In inquirente presumitur fraus & dolus cessari.c.innotuit.de maledi.nu.11.lib.v. 241

Inquisitione super dilapidatione pendente, an sit prohibita alienatio.de accus.c.prelatorum.nu.19.&.23.lib.v. 29

Inquisitione pendente contra abbatem qui interim promouetur in episcopum, an iudex desistet ab inquisitione. de symon.c.per tuas.nu.12.lib.v. 55

Inquisitione pendente contra prelatum suspectum non fit incontinenti remotio ab administratione: secus in tutore.de symon.c.licet.nu.6.lib.v. 52

Inquisitio an possit fieri contra aliquem, non precedente fama. de prebend.c.graue.nu.12.lib.iij. 90

Inquisitio an sit sine litis contestatione.de procur.c.in nostra. numero.4.lib.j. 83

Inquisitor heretice prauitatis, an possit condemnare ad torturam testem variantem.vt ecclesiast.benefic.c.1.nu.19.lib.iij. 108

Inquisitores qui dicantur.de senten.& re iudica.c.cum I.& A. numero.7.lib.ij. 63

Inquisitor heretice prauitatis, an possit se intromittere super causa vsurarum.de heretic.capit.excommunicamus.§.adijciamus.nume.4.lib.v. 102

Inquisitor heretice prauitatis & episcopus possunt simul procedere communiter vel diuisim & simul ferre sententiam.de hereti.c.excommunicamus.§.volumus.nu.1.lib.v. 103

Inquisitor & episcopus si simul citant aliquem cui debeat citatus primo obedire.ibidem nu.2.

Inquisitor heretice prauitatis nõ debet scienter ecclesie bona propter clericorum delictum fisco etiam ecclesie applicare.de here.c.excommunicamus.nu.5.lib.v. 98

Inquisitor heretice prauitatis potest procedere priuilegijs non obstantibus.de heretic.c.ad abolendam.nu.14.lib.v. 82

Inquisitor an possit punire de periurio.de hereti.c.excommunicamus.§.adijcimus.nu.6.lib.v. 102

An inquisitor heretice prauitatis possit de illis sortilegijs & incantationibus cognoscere.cap.in tabulis.de sortilegijs. numero.11.lib.v. 217

Inscribere se non tenetur mulier quando accusat prosequendo suam vel suorum iniuriam.de accusationib.capit.super his. numero.6.lib.v. 8

Instantia iudicij quod non finitur triennio de iure canonico.de probat.c.cum bone.nu.3. 33

Instantia iudicij an nullo tempore perimitur iure canonico. de capel.monach.c.dilectus.nu.5.lib.iij. 158

Instantia non dicitur perempta lapsu triennij vbi dolo & malitia rei impeditur actor.de iudicijs.capitu.venerabilis. numero.5.libro.ij. 5

Instantia iudicij non perit per lapsum triennij de iure canonico in causa principalis negotij. In causa vero appellationis est vniformis tam de iure canonico quam ciuili: quia non perit. ibidem nume.1.

Instinctus operationes brutorum fiunt nature instinctu, nec sui actus

fui actus dominium habent. capitu.ecclesia. de sortileg. numero.1;.libro.v. 219

¶ Instituere debet potius episcopus filios et nepotes quam ecclesiam. de heret.c.si quis episcopus.nu.5.lib.v. 90

Instituere non debet episcopus hereticum vel paganum alo post mortem excommunicatur, et de heresi damnatur. de heretic.c.si quis episcopus.nu.1.lib.v. 90

Instituti non debent heretici vel pagani ab episcopis sacerdotibus vel alijs clericis. de heretic.c.in eos.nu.1.lib.v. 90

Instituere sibi heredem penitus extraneum potest episcopus presbyter, et quilibet clericus dummodo sit catholicus. ibidem numero.2.

Institutio vitiatur si testator errat in corpore. de Judeis.c.Judei. ij.nume.14.lib.v. 90

Institutio facta de Jacob fuit valida duplici ratione. ibidem numero.15. 72

Institui, procurator, insularius qui sint, et quando obligent dominos. de fideiussoribus.capitulo, quod quibusdam. numer.14. libro.iij. 131

Instituendi ius spectat ad episcopum, et quomodo prescribi potest. de rescrip.c.cum olim.nu.2.lib.ij. 59

Instituere et investire an idem sint. de institutionib. c.authoritate. nume.3.lib.iij. 95

Instituere potest officialis episcopi, licet non possit conferre. de instit.c.ex frequentibus.nu.5.lib.iij. 95

Institui an possit filia in dote sibi iam tradita, et quomodo sufficit instituere in uno denario filiam. de testamen.c.Raynutius. numero.9.lib.iij. 150

Institui an quis possit post mortem usufructuarij. de pigno.c.cum constet.nu.3.lib.iij. 129

Institutio et substitutio potest fieri in testamentis. de probatio.c.in presentia.nu.2.lib.ij. 32

Institutio authorizabilis ad quem pertineat. de offic.archi.c.cum satis.nume.2.lib.j. 53

Institutio authorizabilis non queritur consuetudine. ibidem numero.1.

Institutio episcopi facta sine patroni presentatione, an et quando valeat. de iure patro.c.illud.nu.4.lib.iij. 191

Institutio facta in testamento minus solenni, licet iure civili non valeat, an iure naturali teneat. de solutionib.cap.is qui. numero.7.libro.iij. 133

Institutio facta ex falsa causa, est nulla, etiam si ex vera deducta valeret. de conces.preben.c.ex parte.nu.5.libro.iij. 102

Institutio beneficiorum spectat ad episcopos, et eorum officiales. de instit.c.ex frequentibus.nu.1.lib.iij. 95

Institutio authorizabilis quid est. de institutionib.c. ex frequentibus.nume.11.lib.iij. 95

Institutio quot modis sumitur. de institutionib.in rubri. numero 2.libro.iij. 94

Institutio facta sub his verbis, Pono animam meam, et bona in manibus Titij: valet. de testamentis.capitu.cum tibi. numero 9.libro.iij. 146

Institutio fieri potest sub conditione etiam mista. Et an possit conditio remici de institutione. de vot. et voti redemptio.capit.licet. nume.1.libro.iij. 181

Institutio per quem fieri debeat in spiritualibus. de institutionib. in rubri.nu.2.lib.iij. 94

Institutionem, quod importat verbum lego, adiectum universitati. de testamentis.capitulo, Raynaldus.numero quinto libro.iij. 154

Institutione facta sub his verbis, videlicet, instituo fratrem meum heredem, et substituo Caium, si decesserit sine liberis, an liberi veniant ex testantis voluntate. de voto et voti redemp.cap.licet. nume.18.lib.iij. 181

Institutus in re certa, an sit loco legatarij vel heredis, et dicit quod est heredis species de per se. Et an habeat privilegium.l.fina.C. de edicto divi Adria.tollendo.nu.43. Et an testamentum confirmetur per eius aditionem.nu.42. de testamen.capit. Raynutius.nu.40.lib.iij. 151

Institutus Pape authoritate dicitur, quem eius legatus instituit. de renunc.c.sane dilecto.nu.1.lib.j. 39

Institutus in re certa, ubi non est heres universalis: ut numero.4. an in foro conscientie possit totam hereditatem retinere. de testamen.c.j.nu.11.lib.iij. 139

Institutus in re certa, an habeat ius patronatus. de iure patro.c. cum secundum.nu.7.lib.iij. 192

Institutus impubes filius sub hac forma, videlicet, quandocunque decesserit sine liberis, bona distribuantur inter pauperes, talia verba important directam substitutionem, ut excludant matrem, de testa.c.cum tibi.nu.4.lib.iij. 146

Institutus filius hereditatemque gravatus restituere, si absque liberis decederet, detrahit tertiam iure nature, et quartam Trebellianicam, in quibus potest ipse nisus legata relinquere, et heredes instituere. Fallit si institutus sit in rebus certis. de testam.c.Raynaldus.nu.1.lib.iij. 154

Instituto incapaci herede, an venientes ab intestato possint in foro conscientie retinere hereditatem. de testamentis.cap.j.numero.12.lib.iij. 139

Instituto deportato herede, cui queratur hereditas. de testamen. c.quia ingredientibus.nu.21.lib.iij. 140

Instituto doctore herede, cum hoc ut daret suos libros Titio, an debeat intelligi de liberis testatoris tantum. de testa.c.indicante.nu.10.lib.iij. 141

Instituto Titio ut filio, qui tamen non erat filius, an debeat Titius habere hereditatem, ubi ipse testator habebat filium. de testa. c.requisisti.nu.5.lib.iij. 148

Instituto Christo herede, quis videatur institutus. de testamen.c. cum tibi.nu.7.lib.iij. 146

Institutos per alios potest petere removeri is, ad quem spectat institutio. de concessio.preben.capitu.quia diversitatem.numero.2.lib.iij. 99

¶ Instrumentum contra me productum quod nisus fui impugnare, an possim approbare ut ex eo possim alios fundare intentionem meam. Et an admitti debeam ad probandum errorem contra instrumentum per me productum. de cen.ex act.et procur.c.cum olim.nu.8.lib.iij. 199

Instrumentum producens videtur approbare omnia in eo contenta, ut contra tenorem eiusdem non audiatur ubi ratione solennitatis illud voluerim impugnare, et solennitas dependet ex voluntate producentis: secus si dependet solennitas ex alia causa, quam ex voluntate mea. de cens.ex act.et procur.cap.cum olim.numero.4.libro.iij. 199

Instrumentum publicum fidem plenam non facit. de electio.cap. scriptum est.nu.7.lib.j. 32

Instrumentum exemplatum authoritate ordinarij probat, sicut originale. de fide instrumentorum. capitu.si instrumenta. numero.1.lib.ij. 44

Instrumentum ubi statuto cavetur quod fidem non faciat, nisi sit repertum in camera actorum, an probet si repertum sit alibi, maxime ubi facit pro causa pia. de testamen.cap.relatum est.numero.9.lib.iij. 145

Instrumentum si perditum sit, an possit iterato per notarium expediri parti absque iudicis authoritate: an valeat si maiora verba contineat quam prius. de conversi.coniug.capitulo, dudum. numero.5.lib.iij. 178

Instrumentum potest testibus reprobari: et an hoc indistincte procedat. de proba.c.tertio loco.nu.5.lib.ij. 25

Instrumentum non habens clausulas coniunctas, presumitur suspectum de falsitate. de testibus.capitulo, cansamque. numero.4. libro.ij. 36

Instrumentum an vitiet litere defectus, seu error syllabe vel dictionis. Et quid de errore nominis proprij, vel appellativi. de fide instrumen.c.ex parte.nu.2.lib.ij. 44

Instrumentum scriptum aliena manu, et signatum per notarium, qui illud stipulavit, probat. de fide instrumen.cap.inter.numero.4.lib.ij. 43

Instrumentum non vitiat rasura facta in loco non suspecto, et quis dicatur locus suspectus. de fide instrumen.c.ex literis. numero.3.lib.ij. 43

Instrumentum ut dicatur authenticum que requirantur. de fide instrumen.c.j.nu.5.lib.ij. 42

Instrumentum an in charta rasa possit inscribi, et quod sumptum ab originali facit fidem. ibidem nu.2.

Instrumentum presumitur iustum, nisi probetur contrarium, et quod testium singularitas illud non reprobat. de prescriptis.c.ad audientiam.nu.6.lib.ij. 58

Instrumentum publicum et scriptura privata, in quo differant. de fide instrumen.c.scripta.nu.3.lib.ij. 42

Instrumentum perditum, an possit probari eius tenor per testes, per iuramentum. de conversio. coniug. capitu.dudum. numero.6.libro.iij. 178

Instrumentum crediti compellitur edere creditor ad fideiussoris petitionem, et sic tertius compellitur instrumenta edere ad fundandam intentionem petentis, ubi vult agere contra tertium: secus si contra creditorem. de fideiussoribus.capit. pervenit.numero.4.lib.iij. 129

Instrumentum totum vitiatur ratione falsitatis unius capituli eiusdem. Et quando rasura, vel defectus illud etiam vitiet. de

bis que fiunt a prel.c.quanto.nu.2.lib.iij. 105

Instrumentum sui procuratoris, an possit notarius facere. Et si fecit instrumentum procurationis, et postea effectus sit ipse notarius procurator, an possit procurare. de conces.preben.c.cum ad nostram.nu.4.lib.iij. 97

Instrumentum debiti non tenetur creditor reddere fideiussori, ubi debitor soluit. de fideiussoribus. capitulo, peruenit. numero 5. libro iij. 129

Instrumentum non vitiatur, licet indictio discrepet a domini annis. de relig.domib.c.cum venerabilis.nu.3.lib.iij. 186

Instrumentum de se probat, ut pro eo presumatur, donec probato de contrario. de religio.domib.capitu.cum venerabilis. numero 10.lib.iij. 187

Instrumentum quittantie anni proxime preteriti, an probet alias solutiones preteritas. de dilationibus.capitulo, litere. numero 5.libro ij. 13

Instrumentum an pater possit facere in causa filij. de testi.c.super. nume.5.lib.ij. 35

Instrumentum reprobatum a iure si quis receperit, quam penam incurrat. Et an tali pene subijciatur quilibet subscribens. de rebus eccles.non alien.c.si quis.nu.4.lib.iij. 110

Instrumentum non potest confici, nisi de eo, quod visu, et auditu percipitur. de testib.et attest.c.tam literis.nu.8.lib.ij. 38

Instrumentum si est pro parte falsum propter vitium notarij totum vitiatur. de heret.c.fraternitas.nu.9.lib.v. 89

Instrumenta conficere pro hereticis non debent: alias sunt infames. de heret.c.si aduersus.nu.3.et 7.lib.v. 95

Instrumentorum traditio importat traditionem rei. de symon.c. querelam.nu.4.lib.v. 43

Dictans instrumentum falsum notario bonefidei punitur.c. licet. de crimi.falsi.nu.6.lib.v. 216

Qualiter discrepet instrumentum principale a confirmato.ibidē numero.7.

Cum quis directo instrumentum usurarium pronunciari querit, an contraria petitio admittatur: quominus pronuncietur illud instrumentum usurarium.c.quia perniciosum. de usur.numero 7.libro.v. 185

Qui falso utitur instrumento presumptio est in eum quod fecerit vel fieri iusserit.c.ad falsariorum. de crimi.fal.nu.12.lib.v. 212

Instrumenti verba, an possint concipi vel fieri in prima aut tertia persona. de conuer.coniug.c.dudum.nu.7.lib.iij. 179

Instrumenti productio, an sit de actis. de prob.c.quoniam contra. nume.7.lib.ij. 33

Instrumenti clausulam quod sufficiat remittere penes curiam ad fundandam intentionem. de fide instrumento.c.perpetuus. nume.7.lib.ij. 44

Instrumenti falsitas, vel quod instrumento deest, potest probari per testes. de fide instrumentorum. cap. cum Joannes. numero 1.libro ij. 43

Instrumenti auditu non astringitur quia de fide illius, sicut si copiam illius habuisset. de fide instrumento.cap.contingit.numero 2.lib.ij. 43

Instrumenti caput legi sufficit corā iudice, si de illo capite sit controuersia.ibidem nu.2.

Instrumenti extendendi si detur notario licentia prout voluerit, non potest ibi addere iuramentum, si formaliter nō intercessit. de iureiur.c.clericus.nu.6.lib.ij. 53

Instrumenti verbis an credatur, ubi notarius dicit, sane mentis, licet corpore languens facit testamētum. de testa.c.Raynutius. nume.6.lib.iij. 150

Instrumento sigillato creditur in preiudicium sigillantis. de proba.c.tertio loco.nu.2.lib.ij. 25

Instrumento per me reprobato, an pōssim ad mei commodum iuuari. de cens.exac.et procur.c.cum olim.nu.2.lib.iij. 199

Instrumento debiti si non exprimatur causa, necesse est ut creditor probet debitum. de fide instrumentorum.capit.si cautio.numero 1.libro ij. 44

Instrumenta quando committuntur exemplari et in publicam formam redigi que requirantur. de fide instrumen.c.si instrumenta.nu.2.lib.ij. 44

Instrumenta de partium consensu possunt a protbocollis notarij mortui per alium notarium exemplari. de fide instru.c.cum P. tabellio.nu.4.lib.ij. 44

Instrumenta notarij mortui ut commissarius ad expeditionē illorum possit ea in publicam formam redigere, que requirantur. ibidem nume.1.

Instrumēta, seu notas alterius notarij potest unus notarius exemplare, et in publicam formā redigere authoritate ordinarij. ibidem nume.1.

Instrumenta publica sibi inuicem contraria, et in eodē iudice producta ab eadem parte, an et quando probent. de fide instru.c.imputari.nu.1.lib.ij. 44

Instrumenta communia sunt edenda, etiam quoad fundandā intentionem actoris. de fide instru.c.perpetuus.nu.4.lib.ij. 44

Instrumenta produci possunt post publicationem et renunciationem in causa. Fallit post conclusionem in causa. de fide instru.c. cum dilectus.nu.1.lib.ij. 43

Instrumenta obscura vel deleta, non probant: et quando dicantur suspecta. de fide instru.c.inter dilectos.nu.1.lib.ij. 43

Instrumenta sunt edenda, quando de falso impugnantur. de fide instru.c.accepimus.nu.1.lib.ij. 43

Instrumenta contraria producens non auditur. Fallit ubi producens dicit, ego produco pro partibus facientibus pro me, et pars instrumenti facit pro producente. de cens.exac.et procura.c.cum olim.nu.11.lib.iij. 199

Instrumenta qualiter exēplificentur, et si sint minus solemnia qualiter publicentur, et si diminuta pre nimia vetustate, qualiter renouētur. Et ex protbocollis notarij defuncti qualiter expediantur. Et que consistunt in testium memoria, qualiter in publicam formam redigantur. de testib.c.Albericus.nu.5.lib.ij. 39

Instrumenta ubi inter se repugnant, cui credatur. de testib.et atte. c.in nostra.nu.3.lib.ij. 38

Instrumenta pactorum transactionum et aliorum cōtractuum facta diebus dominicis, an valeant. de ferijs.cap.omnes. numero 7.libro.ij. 14

Instrumentorum appellatione, an contineatur priuata scriptura. de testib.cog.c.peruenit.nu.4.lib.ij. 41

Instrumentorum productio admittitur in causa appellationis, licet admitti non possit in causa prime instantie. de fid. instru.c. cum dilectus.nu.3.lib.ij. 13

Instrumentorum publicatio fieri potest coram iudice ecclesiastico. de fide instru.c.si instrumenta.nu.3.lib.ij. 44

Instrumentis publicis sufficiunt testium nomina manu notarij descripta. de fide instru.c.scripta.nu.2.lib.ij. 42

Instrumentis publicis quare sufficiat ponere in data, datum Lugduni in domo de sura, non apponendo confines domus. de testib.cogen.c.super eo.nu.3.lib.ij. 41

Instrumētis, seu libris antiquis, quomodo credatur in probandis confinibus. de prob.c.cum causam.nu.2.lib.ij. 33

Insufficientia est causa sufficiens non solū ut prelatus non promoueatur, sed etiam ut promotus remoueatur. de symon.c.per tuas.nu.2.lib.v. 54

Insule et palatia sunt principis. de Judeis.cap.ex speciali. numero.8.lib.v. 85

Insultus et percussio sunt actus preparatorij ad actum finalem homicidij.c.in tantum. de collu.nu.7.lib.v. 226

Insultus ex vulnere confunditur.cap.in tantum. de collu.numero 8.libro.v. 226

Insultatus sine armis non debet uti armis alias excedit moderamen inculpate tut.l.c. de homicid. capitulo, significasti.numero 38.libro.v. 130

Insultu cum armis probato, an insultatus durāte rixa percutiendo aggressorem dicatur fecisse ad sui defensionem. de homici.c. sicut dignum.§.insuper.nu.13.lib.v. 119

Insultatus an semper presumatur facere ad defensam. de Jude.c. ad liberandam.nu.1.lib.v. 83

Insultus et percussio, quod sint actus preparatorij, ad actum finalem.

Insultu et vulnere facto, an insultus confundetur in vulnere. libro.v. 226

Intentio non in foro litigioso, sed in conscientie foro hominem iudicat.c.preterea. de usu.nu.5.lib.v. 181

Intentio contrahentem purgat aut vitiat contractum.c.nauiganti. de usu.nu.48.lib.v. 203

Intentionem fundatam iure communi si quis habuerit, presumitur pro eo, et agens possessorio contra illum, presumitur usurpare, nisi probet. Fallit ubi allegatur tempus, cuius initij memoria non extat. de his que fiunt a prelat.c.cum apostolica.numero 2.lib.iij. 106

Interdicēdi potestatem quod inferior ab episcopo habere dicitur ex priuilegio, vel consuetudine, ut possit cathedralem ecclesiam interdicere. de appellationibus.capitu.dilectis. numero.4.lib.ij. 71

Interdictum unde vi transit in successorem. de testib.et atte.c. significauerunt.nu.5.lib.ij. 38

Interdictum uti possidetis potest competere pro molestatione iudiciali. de restit.spol.c.audita.nu.3.lib.ij. 16

Interdictum unde vi competit possessori male fidei. de restit.spo.

c.in

c.in literis.nu.7.lib.ij. 18

Interdictum prohibet actum scholasticum publicum non occultum.de magistr.c.super specula.nu.12.lib.v. 68

Interdicitur quandoque ciuitas propter delictum.de cleric.excom.minist.in rub.nu.11.lib.v. 147

Interdictum vnde vi,an personale vel in rem scriptum & ratione interdicti vnde vi, vbi quis debeat conueniri.de foro competē.nume.5.lib.ij. 8

Interdictum recuperande super iudicialiter attentatis datur.de procur.c.ex insinuatione.nu.5.lib.j. 88

Interdictum si feratur in terram alicuius,interdicte cēsentur terre adiacentes.de postulatione prelato.capitulo,ad hec.numero 4.libro.j. 21

Interdictum in quos & suspensio feratur.de offic.iudic.ordi.c.grauis.nu.2.lib.j. 76

Interdictum violat,qui campanas pulsat.de postu.prela.c.ad hec.nume.2.lib.j. 20

Interdictum vnde vi non competit contra illum qui nō spoliauit, aut spoliari mandauit,seu ratum non habuit.de resti.spol.c.cū ad sedem.nu.1.lib.ij. 19

Interdicti materia quod vi aut clam que sit.de resti.spol.c.item cū quis.nu.2.lib.ij. 18

Interesse consurgens ex maleficio probatur per iuramentum.de his que vi metusve causa fiunt.c.super eo.nu.4.lib.j. 94

Interfectus si sit aliquis & nescitur a quo,an presumitur ab eo qui fuit minatus.de homic.c.Petrus.nu.4.lib.v. 126

Interfectus ab vno ex pluribus si nescitur a quo vtrum omnes veniant puniendi vel nullus.de his qui filios occiderunt.numero 8.libro.v. 112

Interpellatio tam iudicialis q̄ extraiudicialis constituit debitorem in mora.de sp̄nso.c.licet Hely.nu.14.lib.v. 52

Interpellatio debet fieri in loco oportuno ad hoc vt constituat in mora.de torne.c.ad audientiam.nu.3.lib.v. 136

Interpretatio casuum dubiorum spectat ad solum Papam.de sy.mo.c.& si questiones.nu.4.lib.v. 44

Interpretari potest Papa dicta Apostolorum & euangelij.de Judeis.c.Judei.nu.7.lib.v. 71

Interpretari an possit statutum,super quo dubium oritur,per statuentes, vbi illud est confirmatum per superiorem.de decim.c.suggestum.nu.3.lib.iij. 165

Interpretari quando possit heres voluntatem defuncti.de testa.c.indicante.nu.5.lib.iij. 141

Interpretatio fieri debet secundum naturam contractus, qui geritur, vbi partes vtuntur aliquando verbis dubijs, & improprijs,de quorum significatione dubitatur.de dona.c.pastoralis.nume.2.lib.iij. 134

Interpretatio largissima fit in donationibus,seu beneficijs.de dona.c.cum dilecti.nu.1.lib.iij. 134

Fallit si interpretetur ab eo,qui donauit,quia ad placitum interpretabitur,nu.16.

Interpretatio licet quandoque lata fieri possit, fieri tamen debet vt iuribus contradicat quanto minus fieri possit.de regul.& tran.ad relig.c.licet.nu.2.lib.iij. 174

Interpretatio in penalibus fieri debet benignior.de loc.& conduc.c.ex rescripto.nu.3.lib.iij. 119

Interpretatio non debet esse iuri aut rationi alterius contraria, vel absona iuri,& rationi alterius intellectus.de his que fiunt a prela.c.cum apostolica.nu.8. 106

Interpretatio canonis vel statuti ad quem spectet.de iudic.c.cum venissent.nu.2.lib.ij. 4

Interpretatio priuilegij qualiter fieri debeat.de deci.c.ad audientiam.nu.3.lib.iij. 165

Interpretatio fieri debet secundum communem loquendi vsum. Et quomodo priuilegia potius recipiunt interpretationem a consuetudine,q̄ a iure communi.de sepultu.c.certificari.numero.6.lib.iij. 160

Interpretatio canonis obscuri per quos sit fienda,vt per cōsuetudinem,& postea per Papam.ibid.nu.3.

Interrogationes quomodo possunt per iudicē fieri in quacunque parte iudicij.de fide instrumentorum.c.cum Joannes.numero 6.libro.ij. 43

Interrogatoria quomodo fieri possunt in quacunque parte iudicij.de iuramen.calum.c.cum causam.nu.7.lib.ij. 13

Interrogatoria iudicis fieri possunt in quacunque parte litis etiam post conclusionem in causa.de iudicijs.capitu.primo.numero.7.libro.ij. 2

Interruptio an fiat sola citatione. de iure patro.c.consultationibus.nu.6.lib.iij. 192

¶ Intestatus dicitur decedere rector ecclesie,qui nullum fecit testamentum,vel fecit,& erat furiosus: secus si sane mētis in morte dixerit se & sua monasterio contulisse.de succes.ab intesta.c.cū dilectus.nu.1.lib.iij. 157

Intestati appellatione.an veniant in statuto pupilli,furiosi,& alij, qui testare nequeunt.de testamentis.capitulo, cum tibi.numero 14.libro.iij. 146

¶ Intrusus in papatu siue antipapa qualiter puniatur.de scisma.c.fraternitati.nu.12.lib.v. 107

¶ Inuasor non est qui se & sua iura bellando defendit. de hereticis.c.excommunicamus.§.catholici.nu.10.lib.v. 100

¶ Inuentarium si heres etiam sacerdos,non confecerit,& hereditatem adierit,an tenebitur vltra vires hereditarias iure canonico.Et quid de herede vsurarij manifesti,vel ecclesia, hospitali,aut fisco,qui priuato successerunt,an similiter teneatur.de solut.c.j.nu.6.lib.iij. 131

Inuentarium si ecclesia non fecerit , an teneatur vltra vires hereditarias.Et quid in fisco succedente,& ita adeunte.de testamen.c.j.nume.8.lib.iij. 139

Inuentarium tenetur heres facere.Et quare dicatur inuētarium. Et qui illud non fecit, quomodo tenetur vltra vires hereditarias,etiam in foro cōscientie ad legitimā & Trebellianicam. Et an heres qui inuentarium fecit,teneatur etiam vltra vires, si venit contra transactionem factam a defuncto.de testa.c.Raynaldus.nu.15.lib.iij. 154

Inuentarium si heres non confecerit, vbi de iure ciuili tenetur vltra vires hereditarias, an hoc procedat de iure canonico.ibid.nume.9. 155

Inuentarij confectio , an prosit tertio.de testamen.c.Raynaldus.nume.9.lib.iij. 154

Inuestire quis potest de beneficio per alium. de preb.& dign.c.accedens.nu.1.lib.ij. 86

Inuestitura transfertur possessio.de except.c.cum ecclesiastice.numero.2.lib.ij. 55

¶ Inuitus nemo agere compellitur.c.ex conscientia.de crimi.fal.num.5.lib.v. 214

Inuitus quis effici Christianus non debet.de Judeis.c.sicut.numero. .lib.v. 74

¶ Inuocatio diuini nominis, an sit de substantia instrumenti. de Judeis.in rub.nu.11.lib.v. 69

Inuocans demones debet capite puniri.in rubri.de sortileg.numero.5.lib.v. 216

Inuocatio demonum ad sciendum futura sapit heresim.de heret.in rub.nu.6.lib.v. 87

Inuocatio demonum si fiat ad reuelandum preterita, puta furta vel homicida,an sapiat heresim.ibid.nu.7.

Inuocator demonum ductus coram inquisitore iurat amplius non inuocare , si postea inuocat, an dicatur relapsus ita quod possit contra eum procedi. de hereticis.in rubrica, numero.8.libro.v. 80

¶ Joannes Andree composuit hieronymianam in honorem beati Hieronymi patroni sui.de homicidijs.capitulo, sicut.numero.2.lib.v. 132

¶ Joculatores non debent promoueri ad ordines.de apostat.c.ex literarum.nu.6.lib.v. 106

Jocalia data sponse vt veniat ad domum viri magis ornata . an acquirantur ipsi sponse. Et si pereant, cuius periculo perdantur.de commod.c.j.nu.9.lib.iij. 115

¶ Irregularis dicitur ex communicatus celebrans, & non dicitur priuatus beneficio ipso iure.de dolo & contu.c.veritatis. numero.4.lib.ij. 22

Irregularis non est corpore vitiatus.de clerico egro.c.presbyteri.nume.2.lib.iij. 93

Irregularis an sit,qui tempore interdicti celebrauit , vbi interdictum erat latum contra ecclesiam cathedralem.de appel.c.dilectis.nu.5.lib.ij. 71

Irregularis est notorius fornicator.de iudicijs. cap.primo. numero.2.lib.ij. 2

Irregularis in beneficio adepto dispensatione permittitur. de renunc.c.nisi cum pridem.nu.10.lib.j. 40

Irregularis coerceri debet ab omni altaris ministerio. de homic.c.presbyter.nu.3.lib.v. 120

Irregularitas que ex bigamia procedit , an sit de iure diuino , vel positiuo.de heret.c.ad abolendam.nu.2.lib.v. 91

Irregularis est clericus non solum si ipse occidat, sed etiam si pugil ab eo datus occidat aduersarium. de cleric.pugnan.in duel.c.Henricus.in princ.lib.v. 137

Irregularis est qui aliquē accusat de crimine capitali vel si sit testis vel iudex. de mutan.& lang.expo.cap.ad audientiam. numero.6.lib.v. 124

Et si clericus iurisperitus tanquam aduocatus defendit fratrem suum accusatum de crimine capitali, qui quamuis veniat decapitandus si condemnetur non liberatur ⁊ accusator patitur penam talionis, an sit irregularis. ibid. nu. 17.
Irregularitas quid sit, quot sunt eius species, ⁊ ad quid sit inuenta. de homic. c. quidam. nu. 10. lib. v. 135
Irregularitas que causatur ex homicidio, an sit de iure diuino vel positiuo. de infan. ⁊ lang. expo. c. ad audientiam. nu. 5. lib. v. 123
Irregularitas contrahitur ex truncatione membrorum sicut ex homicidio ⁊ super ea dispensat solus Papa. de cler. pugnan. duel. c. porro. nu. 4. lib. v. 137
Irregularitas quid sit que sit eius pena, ⁊ quis sit irregularis. de cler. excom. mini. in rub. nu. 5. lib. v. 246
Irregularitas, an habuerit ortum a iure positiuo vel diuino. ibid. nume. 6. ⁊ 7.
In omnibus irregularitatibus potest Papa dispensare. ibidem nume. 8.
Irregularitas non contrahitur ante baptismum. ibid. nu. 9.
Irregularitas duplex est. de renunciatione. c. nisi cum pridem. numero. 11. lib. i. 40
Irregularitas ortum habuit a iure canonico, ⁊ nunquid sit inducta a iure positiuo vel diuino. nu. 7. lib. v. 246
Irregularitas quod non contrahatur ante baptismum ex homicidio. ibid. lib. v. 247
Irregularitatem quod causat delictum graue, ⁊ notorium, ⁊ scandalosum. de cohabitio. clericorum ⁊ mulier. cap. vestra. numero 10. libro. iii. 10
Italia in quibus ceteris preferatur prouinciis. de elect. c. nihil est. nu. 5. lib. i. 33
Iudicis prorogatio licet pacto fieri non possit irreuocabiliter, hoc tamen non procedit per actum submissionis coram iudice irreuocabili factum. Et an procedat in laico. de foro compe. c. significasti. nu. 3. lib. ii. 9
Iudeus an poterit obiicere crimen Christiano. de test. c. Iudei. nume. 4. lib. ii. 36
Iudeus non potest possidere Christianum mancipium siue sit Christianus tempore emptionis siue post sue desideret fieri. de Iudeis. c. presenti. nu. 5. lib. v. 69
Iudeorum consortia a Christianis sunt vitanda, an autem liceat ab eis medicinam accipere, ⁊ quare magis liceat cum eis loqui quam comedere. ibid. nu. 6.
Iudeus si iuret Christiano per Christum, an teneatur Christianus stare illi iuramento. Et quid econtra, scilicet si Christianus iuret per Deos infidelium. de Iudeis. cap. nulli Iudeo. numero. 11. lib. v. 86
Iudeus non potest habere Christianum mancipium in seruitio personali sed in reali seu rurali sic. de Iudeis. c. multorum. numero. 3. lib. v. 70
Iudeus baptizatus si redit ad vomitum: qualiter contra eum proceditur. de Iudeis. c. postulasti. nu. 10. lib. v. 79
Iudeus qui reddit pignus perforatum ⁊ corrosum a muribus est in culpa, ⁊ tenetur ad interesse. de Iudeis. in rub. numero. 11. libro. v. 69
Iudeus contrahens matrimonium in gradu prohibito, si postea fiat Christianus, an fiat separatio. de Iudeis. cap. ad hec. numero. 4. lib. v. 74
Iudeus non potest effici doctor nec potest esse aduocatus, nec etiam potest esse notarius Pape vel principis. de Iudeis. in rub. numero. 5. lib. v. 69
Iudeus, an possit esse medicus Pape vel Imperatoris. ibidem numero. 6.
Iudeus, an possit esse tutor vel curator pupilli Christiani. ibidem numero. 7.
Iudeus potest esse procurator Christianorum, ⁊ pro eis intercedere in iudicio, ⁊ extra. ibid. nu. 8.
Iudeus transiens ad ritum paganorum, an propter hoc poterit puniri per ecclesiam. de Iude. c. ex speciali. nu. 9. 85
Iudei, an sint de iurisditione iudicis secularis vel ecclesiastici. ibidem nu. 9. 69
Iudei non ligantur constitutionibus Christianorum. ibidem numero. 10.
Iudeus si moritur ab intestato relictis filiis masculis ⁊ feminis, vtrum femine pariter succedant cum masculis. de Iudeis. cap. Iudei ii. nu. 13. lib. v. 7[illegible]
Iudeus, an eodem tempore possit habere duas vxores. de Iudeis. c. ad hec. nu. 1. lib. v. 74
Iudeo ementi seruum dantur tres menses ad exponendum seruum venalem, ⁊ a quo tempore incipiant currere. de Iudeis. c. nulli Iudeo. nu. 4. lib. v. 86
Iudeum esse, an sit delictum. de Iudeis. capitu. presenti. numero 1. libro. v. 69
Iudei vel pagani non sunt ad officia publica admittendi. de Iud. c. cum sit. nu. 1. lib. v. 81
Iudeus, an possit esse testis. ibid. nu. 2.
Iudei licite faciunt mercimonias inter fideles, ⁊ licitum est Christianis eis dare precium pro mercibus emptis. de Iude. c. presenti. nu. 9. lib. v. 70
Iudei sunt a Christianis habitu distinguendi. de Iude. c. in nonnullis. nu. 1. lib. v. [illegible]
Iudei tolerantur ex gratia in veteribus synagogis ⁊ suis obseruantiis. de Iude. c. consuluit. nu. 6. lib. v. 73
Iudei vnde dicantur. in rub. de Iude. nu. 1. lib. v. 68
Iudei non sunt hostes Christianorum. de Iudeis. cap. sicut. numero. 16. lib. v. 75
Iudei conuersi, an propter causam ingratitudinis possint exheredari. de Iude. c. Iudei ii. nu. 3. lib. v. 71
Iudei debent conseruari. de Iudeis. capit. ⁊ si Iudeos. numero. 9. libro. v. 78
Iudei per Christi mortem facti sunt Christianorum serui, ⁊ ideo princeps qui est eorum dominus potest eos vendere. ibidem numero. 10.
Iudei possunt habere ⁊ possidere bona, nec sunt eis auferenda sine causa. de Iude. c. super his. nu. 4. lib. v. 71
Iudei contrahere possunt cum ecclesiis. ibid. nu. 6.
Iudei quare ab ecclesia tolerentur. de Iudeis. capitu. sicut. numero. 2. libro. v. 74
Iudei ad fidem conuersi retinent bona sua nec eis priuantur. de Iudeis. c. Iudei ii. nu. 1. lib. v. [illegible]
Iudei in eorum festiuitatibus non debent vti signo crucis. de Iudeis. c. sicut. nu. 14. lib. v. [illegible]5
Iudei vsurarii ad vsuras restituendas si facte fuerint in communione Christianorum per iudices seculares cogi possunt. c. post miserabilem. de vsur. nu. 1. lib. v. 16
Iudei vtrum habeant filios in potestate sicut Christiani. de Iude. c. ⁊ si Iudeos. nu. 1. lib. v. [illegible]8
Iudei an ligentur iuramento. de Iude. cap. nulli Iudeo. numero 7. libro. v. 86
Iudei astringuntur constitutionibus ciuilibus disponentibus de iuramento: non canonicis ⁊ quare. ibid. nu. 8.
Iudei a Christianis vsuras extorquentes a Christianorum debent expelli commercio. c. quanto. de vsu. nu. 1. lib. v. 16
Iudeorum filii constituti in annis puerilibus, an possint inuitis parentibus baptizari, ⁊ si de facto baptizentur apud quos debeant educari. de Iude. c. sicut. nu. 5. ⁊ 6. lib. v. [illegible]5
Iudeis non debet inferri violentia vel rapina. de Iude. c. sicut. numero. 8. lib. v. [illegible]
Iudea vxore ad fidem conuersa, altero, videlicet marito, in infidelitate remanente, filii communes assignantur conuerso. de conuer. infidel. c. ex literis. nu. 1. lib. iii. 179
Iudei, an subiiciantur iudici ecclesiastico, vel seculari. de vot. ⁊ voti redem. c. quod. nu. 34. lib. iii. 182
Iudei subiiciuntur Christianis. de testibus. capitu. Iudei. numero. 14. lib. ii. [illegible]6
Iudeorum cause sunt terminande secundum legem euangelicam. de testib. c. licet vniuersis. nu. 2. lib. i. 6
Iudeos ⁊ saracenos, an nobis liceat occidere pro terra sancta recuperanda. de voto ⁊ voti redemp. capitu. quod super his. numero. 9. lib. iii. [illegible]
Iudeos, an possunt principes expellere de eorum terra, ⁊ Iudeorum bona capere. de vot. ⁊ voti redemp. c. quod super his. numero. 11. libro. iii. 82
Iudex recusari non potest propter inimicitiam, vbi fui ego causa inimicitie. de appell. c. vt debitus. nu. 8. lib. ii. 72
Iudex ordinarius non potest recusari vt suspectus, vbi de manifesto crimine agitur. de appel. c. proposuit. nu. 1. lib. ii. 66
Iudex potest audientiam denegare inobedienti. de appella. c. cum parati. nu. 5. lib. ii. 6
Iudex debet iuris equitatem partibus ministrare. de appell. c. ad hec. nu. 4. lib. ii. 67
Iudex in casibus, in quibus supplet ex officio, admittit quem ad opponendum. de appellationibus. capitulo. cum parati. numero. 4. lib. ii. 66
Iudex laicus subditus ecclesie, an debeat iudicare secundum leges vel canones. de appellationibus. capitulo. si duobus. numero. 4. lib. ii. 65
Iudex ordinarius potest impedire, ne sui subditi ratione submissionis coram alio iudice compareant, ⁊ causam discutiant. de appella. c. solicitudinem. nu. 7. lib. ii. 71

Iudex

Judex a quo potest impedire ne alius iudex, quam iudex ad quem, cognoscat de viribus sue sententie, ⁊ si fiat contrarium, potest appellare. de appel. c. sollicitudinem. nu. 6. lib. ij. 71

Judex quomodo potest subditum suum ratione iurisdictionis repetere. Et si dubitetur an sit subditus, quis cognoscere debeat. de appel. c. dilectis. nu. 6. lib. ij. 71

Judex a quo statuendo terminum parti appellanti, intelligitur statuisse ad se presentandum, non autem ad finiendum appellationem, quia hoc non potest: alias si statuerit, licite ab eo appellatur. de appella. c. ex insinuatione. nu. 1. lib. i. 70

Judex quo casu non potest recusari ratione consanguinitatis, vel alterius cause, vt quia fuit iudex in causa, vel aduocatus. de appella. c. postremo. nu. 3. lib. ij. 68

Judex delegatus procedere potest in causa, licet reus post citationem vel literarum notitiam iuerit ad curiam. de appella. c. nec minimus. nu. 1. lib. ij. 65

Judex an possit esse vnus canonicus pro vel contra alterum canonicum eiusdem ecclesie. Et quid de prelato. de testib. c. cum nuntius. nu. 2. lib. ij. 35

Judex quod potest punire testem vacillantem, vel aures eius offendentem. de fideiusso. c. peruenit. nu. 2. lib. ij. 130

Judex videtur in dubio competens super causa, de qua coram eo agitur, nisi aliud opponatur. de dona. c. inter dilectos. nume. 11. lib. iij. 115

Judex appellationis, seu delegatus, an possit reformare sententiam iudicis a quo. de empt. ⁊ vendi. c. cum dilecti. nu. 6. lib. iij. 116

Judex an possit in casu certo reducere partes ad concordiam. Et quid in casu incerto, an spectat hoc solum ad superiorem. de preben. c. dilectus. nu. 2. lib. iij. 84

Judex an possit acta coram se facta retinere, vbi ipse est notarius. de conces. preben. c. cum ad nostram. nu. 5. lib. iij. 97

Judex ex officio potest subuenire ecclesie, quam lesam cognoscit, et dare aduocatum personis miserabilibus. de institutionibus. c. cum venissent. nu. 14. lib. iij. 96

Judex quando dicatur procedere absque cause cognitione. de conces. preben. c. post electionem. nu. 7. lib. iij. 101

Judex an ex officio suppleat notoria. de cohab. cleri. ⁊ mulie. c. vestra. nu. 16. lib. iij. 77

Judex facilius repellitur quam testes. vt lite non contesta. c. accedens. nu. 8. lib. ij. 11

Judex superior ratione negligentie iudicis inferioris causam reuocat ⁊ iurisdictionem: ⁊ quandoque sine causa reuocat ⁊ an reuocare videatur eo quod de causa cognoscit. de iura. calum. c. cum causam. nu. 2. lib. ij. 13

Judex a quo si in appellatione non exprimatur eius qualitas, an presumatur ordinarius, ecclesiasticus, vel secularis, aut delegatus. de appella. c. ex insinuatione. nu. 4. lib. ij. 70

Judex secularis debet decidere causas secundum iura canonica, vbi ciuilia contrariantur canonibus. de testa. c. relatum. num. 4. lib. iij. 144

Judex secularis quomodo potest inhibere per ecclesiasticum ne pendente incidenti concernente principale moto coram eo procedat ad vlteriora donec eodem incidenti terminato. de ordine cogni. c. tuam. nu. 6. lib. ij. 15

Judex pro veritate eruenda debet fingere quod non esset facturus. de presumptio. c. afferte. nu. 5. lib. ij. 45

Judex vbi non debet aliquid a pauperibus accipere, an poterit ibi aliquid comedere. de cen. exac. ⁊ procu. ca. cum instantia. num. 6. lib. iij. 198

Judex in iudicando debet semper Dei faciem pre oculis habere. vt eccle. benefi. c. 1. nu. 2. lib. iij. 108

Judex debet esse vacuus a delicto, de quo iudicat aliquem. vt ecclesi. benefi. c. 1. nu. 15. lib. iij. 108

Judex ex officio repellere potest inhabilem procuratorem. de proba. c. post cessionem. nu. 5. lib. ij. 28

Judex qui male iudicauit, ⁊ tamen credit bene iudicasse, an in foro conscientie sit excusatus. vt eccle. benefi. c. 1. nu. 3. lib. iij. 108

Judex supplere potest in materia beneficiali. de causa poss. et proprie. c. cum super. nu. 6. lib. ij. 16

Judex an debeat iustitiam suis sumptibus administrare. de vo. ⁊ vo. re. c. quod super his. nu. 5. lib. iij. 182

Judex ex officio potest testes recipere publicatis testibus ad veritatem eruendam. de testib. c. quoniam. nu. 3. lib. ij. 34

Judex ecclesiasticus habet iurisdictionem in laicos ad requisitionem peregrinorum, quibus denegantur alimenta iusto pretio, imo ⁊ eosdem punire potest. de empt. ⁊ vendi. c. placuit. nume. 5. lib. iij. 116

Judex laborare debet ad partium concordiam. licet constet alteram partium non fouere iustitiam. Et an fieri possit salua conscientia. de deposito. c. grauis. nu. 17. lib. iij. 115

Judex vbi probare intendit eius fundatam iurisdictionem in aliquem, quod tria probare habet. de capel. mona. c. dilectus. nu. 6. lib. iij. 183

Judex debet esse fidelis, discretus, sapiens, maturus moribus, sobrius, non multum audax, non elatus, non turbulentus, non iniuriosus, non auarus, sed timens Deum. de statu monacho. c. cum ad monasterium. nu. 9. lib. iij. 184

Judex secularis non potest arctari per ecclesiasticum iudicem ad clericos incarcerandos vbi ipse iudex ecclesiasticus habet potestatem carcerandi. de iudic. c. cum non. nu. 3. lib. ij. 3

Judex ecclesiasticus suspensus, qui tulit sententiam excommunicationis non seruata forma, si celebrat diuina durante suspensione, an irregularitatem incurrat. lib. v. 245

Judex secularis an possit aliquo casu cognoscere de causis spectantibus ad iudicem ecclesiasticum vt de vsuris. de decimis ⁊ similibus. de ordine cogni. c. tuam. nu. 3. lib. ij. 15

Judex vbi esse debet papa in aliqua causa, alius inferior esse non potest. de appellatio. c. vt nostrum. nu. 2. lib. ij. 71

Judex an dicatur de familia domini vt nequeat de causa eiusdem domini cognoscere. vt lite non contesta. c. accedens. post nume. 7. lib. ij. 11

Judex esse potest papa in causa propria ⁊ quid in episcopis ⁊ aliis inferioribus. de iudic. c. cum venissent. nu. 4. lib. ij. 4

Judex ex officio quomodo potest facere ⁊ supplere, vt ne processus qui coram eo ventilatur, reddatur nullus. de iudic. cap. causam que. nu. 3. lib. ij. 3

Judex qui ex pacto fuit a partibus electus an vt suspectus possit ab eisdem partibus recusari ⁊ an vt testis possit repelli. remissiue. de iudic. c. 1. nu. 3. lib. ij. 2

Judex quando procedit ad vlteriora an videatur tacite renuntiare incidentibus ⁊ emergentibus. de iudic. c. exhibita. nume. 10. libro ij. 5

Judex ecclesiasticus cognoscit de re temporali etiam inter laycos propter negligentiam iudicis secularis in administratione iustitie ⁊. §. c. proximo. de foro competen. c. licet. nu. 2. lib. ij. 7

Judex omnis inferior quod potest ex officio pro rebus ecclesie vel domanij male alienatis inquirere. vt lite non contesta. ca. quoniam sunt. nu. 4. lib. ij. 12

Judex habens causam consimilem a iudicio remouetur. Et que dicatur causa consimilis vide de iudi. c. causam que. nu. 1. lib. ij. 5

Judex mandans exequi, suo dicitur officio functus. de offi. deleg. a. c. in literis. nu. 3. lib. i. 57

Judex lata sententia functus est officio suo. de offi. deleg. ca. in literis. nu. 1. lib. i. 57

Judex secularis ecclesiastici iudicis iniustum preceptum exequi non tenetur. de offi. iudic. ordina. c. perniciosam. nu. 4. lib. i. 70

Judex minor cessat maiore superueniente. de offi. lega. c. volentes. nu. 2. lib. i. 69

Judex quomodo potest remoueri ab officio iudicandi, etiam sine culpa, propter testificandi necessitatem parte requirente tamen in subsidium, quando aliter probari non potest, licet ipse requirens duos habeat testes. de testi. ⁊ atte. c. dilecto. nu. 4. lib. ij. 32

Judex domicilij post delictum acquisiti an possit absoluere. de offi. leg. c. excommunicatis. nu. 3. lib. i. 70

Judex lata sententia suo functus dicitur officio. de offic. deleg. c. in literis. nu. 4. lib. i. 57

Judex in quibus ex abrupto procedere non debeat. de transac. c. ex parte. nu. . lib. i. 85

Judex quando se interponere possit. de offi. ⁊ potesta. iudic. deleg. c. 1. nu. 4. lib. i. 56

Judex suam sententiam per alium exequi potest. de offic. deleg. ca. significasti. nu. 3. lib. i. 57

Judex arbitros discordes cogit ad concordiam. de offi. deleg. c. suspitionis. nu. 5. lib. i. 67

Judex quando suam interlocutoriam reuocare possit. de offic. deleg. c. significantibus. post nu. 3. lib. i. 66

Judex esse potest maior annis viginti. de offic. deleg. a. c. cum vicesimum. nu. 4. lib. i. 78

Judex penam remittere, potest amicitie gratia. de offic. leg. c. nisi. nume. 3. lib. i. 68

Judex interloquitur super dilatione danda, vel neganda. de in integ. restitu. c. coram. nu. 2. lib. i. 97

Judex quo casu ex suo officio procedit ad inquisitionem vt in criminalibus: ⁊ an procedat in causa electionis. de testibus. ca. cum clamor. nu. 4. lib. ij. 40

Judex appellationis qualiter sententiam ferre possit. de in integ. restitu. c. ex literis. nu. 3. lib. i. 96

Judex non animosus pro vna, quam pro altera potest procedere. de in integrum restitutione capitu. cum venissent. numero 4. libro i. 95

Judex in minus, q iuratum sit, condemnare non debet. de his que vi met. ve causa. c. super eo. nu. 7. lib. i. 94
Judex ab vtraque parte recusari quando possit vt suspectus. de offi. deleg. c. insinuante. nu. 4. lib. i. 61
Judex ad componendum satagere debet. de transac. c. ex parte. nu. 8. lib. i. 85
Judex contumaci terminum prorogare potest. de offi. deleg. c. consuluit. nu. 6. lib. i. 61
Judex statim esse desinit, qui recusatur. de offi. deleg. c. super abbatia. nu. i. lib. i. 61
Judex non cognoscit de exceptione, qua ad iracundiam mouetur. de offi. deleg. c. suspicionis. nu. 2. lib. i. 67
Judex non secundum conscientiam, sed secundum allegata et probata iudicare debet. de offi. deleg. c. pastoralis. nu. 9. lib. i. 63
Judex ex officio deponit tutorem suspectum.
Idem in muliere accusata, que excipit accusatori de lenocinio.
Idem si aliquis coram eo calumnietur.
Idem si quis in purgatione deficiat.
Idem si quis testes corruperit.
Idem in notorio delinquente.
Idem in casu incidenti, et in generali inquisitione ratione homicidij.
Idem fauore fisci, et personarum miserabilium, et propter causas immanitatem, vt qui quis perturbat officium diuinum. vt ecclesia. benefi. c. a. i. nu. 20. lib. iij. 108
Judex super etate nubili incidenter pronuntiare debet. de electio. c. cum dilecti. nu. 8. lib. i. 29
Judex appellationis sententiam latam confirmare et infirmare potest. de offi. deleg. c. coram dilecto. nu. 3. lib. i. 65
Judex vnus quando procedere possit, licet in rescripto dictum sit q uno procedant. de offi. deleg. c. licet. nu. 2. lib. i. 64
Judex qua debeat esse etate, et qua arbiter. de offic. deleg. c. cum vicesimum. nu. i. lib. i. 67
Judex an metum iniustum inferre possit. de his que vi met. ve causa. nu. i. lib. i. 94
Judex animi sui motum temperare debet. de offi. leg. c. nisi. num. i. lib. i. 68
Judex multis causis ad sententiam ferendam moueri potest. de renuncia. c. in presentia. nu. 3. lib. i. 39
Judex an suam, vel rei, vel actoris consuetudinem sequi debeat. de consuetu. c. i. nu. 3. lib. i. 17
Judex ex suo officio quomodo potest aliquem punire absque accusatione, vbi etiam inhoneste coram eo loquitur. nu. 2. vt ecclesia. benefi. c. i. nu. 16. lib. iij. 108
Judex quando et in quibus ex officio supplere possit. de fil. presby. c. conquerente. nu. i. 48
Judex de iure et de facto supplere potest. de postula. prela. ca. bone. nu. i. lib. i. 21
Judex quando pronuntiat impetrantem carere vtriusque rescripti commodo. de rescrip. c. ex tenore. nu. 3. lib. i. 10
Judex regulariter per inquisitionem procedit. de offi. iudi. ordina. c. perniciosam. nu. 5. lib. i. 70
Judex ad quem in appellatione exprimi debet. de rescript. c. Rodulphus. nu. 4. lib. i. 15
Judex in dubijs opinionem receptam sequi debet. de constitu. c. canonum. nu. 6. lib. i. 3
Judex debet incitare partes ad concordiam ante sententiam et an illas ad concordiam cogere possit. nu. 9. de mutuis peti. c. ex literis. nu. 7. lib. ij. 10
Judex an possit quis esse de iniuria facta suo officiali. de iudic. c. cum venissent. nu. 5. lib. ij. 4
Judex sequitur ordinem iuris in contentis in rescripto. de rescri. c. cum ani que. nu. i. lib. i. 10
Judex electus incompetens qua cautela vti debeat. de rescrip. c. ex parte. nu. 5. lib. i. 15
Judex pro quo sententiam ferre debeat, vbi probationes sunt dubie. de sent. et re iud. c. inhorta. nu. 5. lib. ij. 63
Judex ciuilis non punit crimen coram se commissum. de rescrip. c. olim. nu. o. lib. i. 12
Judex vel quicunque alter dominus habens subditum qui alterius iurisdictionem prorogare nequit: potest inhibere subdito ne de causa ad eius cognitionem spectante coram alio iudice litiget. de foro compe. c. ex transmissa nu. 6. lib. ij. 6
Judex vnus super executione sue sententie potest auxilium alterius implorare. de offic. iudi. ordina. c. perniciosam. nu. 3. lib. i. 70
Judex vt suspectus remotus an possit alteri causam delegare. de foro compe. c. si quis. nu. 5. lib. ij. 6
Judex an admittatur ad defendendam suam sententiam. de rescrip. c. dilectus. nu. 2. lib. i. 13
Judex quomodo de facto supplere potest circa respicientia libellum seu rectitudinem vel solennitatem iudicij. de libelli obl. ca. i. nu. 2. lib. ij. 9
Judex datus super articulis pluribus implicite, sine explicite pronuntiando super vno, remanet adhuc iudex super alio. de sequestratione possess. c. i. nu. 2. lib. ij. 23
Judex qua procedat authoritate quare inuestigandum. de offici. iudi. ordina. c. lic. et. nu. 2. lib. i. 74
Judex supplere potest ex officio, ne suum iudicium remaneat illusorium. vt lite penden. c. ecclesia. nu. 5. lib. ij. 23
Judex quo casu potest esse episcopus in causa propria. de cens. exa. et pro. c. venerabili. nu. 2. lib. iij. 2[illegible]
Judex ecclesiasticus potest contra laycum procedere etiam interdicto vnde vi: tamen miserabili persona instigante. nu. 5. de foro competen. nu. 8. lib. ij. 8
Judex a quo potest citari ad defendendum sententiam suam. de appella. c. cum speciali. nu. 5. lib. ij. 73
Judex vt suspectus non recusatur, nisi causa recusationis sit sufficiens. de senten. et re iudic. c. inter monasterium. nu. i. lib. ij. 62
Judex ex officio potest repellere personas inhabiles ab agendo. de iudi. c. cum deputati. nu. 4. lib. ij. 5
Judex nimis fauorabilis alteri parti poterit vt suspectus recusari etiam propter non precisam suspitionem. de iudic. c. causam que. nu. 2. lib. ij. 5
Judex ecclesiasticus an debeat sequi ius ciuile layco agente coram eo. de iudic. c. qualiter. nu. 5. lib. ij. 5
Judex non debet multum festinare in processibus. de senten. et re iudic. c. cum Bertoldus. nu. 4. lib. ij. 62
Judex in causa propria quo casu quis esse potest. de iureiu. c. quintauallis. nu. 3. lib. ij. 12
Judex in notorijs causis an debeat summarie, vel plenarie procedere. de iureiuran. c. ad nostram. nu. 4. lib. ij. 50
Judex non debet iudicare secundum textum allegatum dissonum iuri, de quo agitur. de fide instrumen. nu. i. lib. ij. 43
Judex appellationis non remittit causam iudici a quo, nisi partium consensu, quando agitur de causa examinanda. de appella. c. accepta. nu. 2. lib. ij. 68
